

Philippi &c. Theologi Saxonici hanc Confessionem obscuram, nec satis planam atque sufficientem ingenuè judicarunt, ac proinde meliorem pleniorèq; declarationem urserunt, & talem quidem, quæ secundum tenorem verborum Augustanæ Confessionis, anno 30. exhibitæ conscriberetur: id quod ex decreto Francofurtensi est manifestū, quod in archivis Saxonis adservatur.

109. Porro in conventu Naumburgensi, Anno Hist. A. C.

1561. ab AVGVSTO Electore, nunquam satis P. 550.

laudato Principe, hujus controversiæ dirimendæ gratia convocato; Annon ipse statim Elector, in literis ad Electores, ac Principes datis, mutatæ Confessioni disertè reclamavit, scribens: Non possum celare caritatem vestram, mihi de nullâ alia Confessione Augustana constare. quàm de illa, quæ Cæs. Majestati in Comitijis Augustanis, Anno 1530. per Electorem Iohannem felicis memoriæ, Hassiæ Landgravium, & alios paucos Principes, comites atq; Vrbes exhibitæ est. Item. In hac Domino me clementer juvante, constanter perseverare, eandemq; publicè profiteri constitui.

1001. Annon reclamatum fuit à VVolfgango Hist. A. C.,

Principe Anhaltino, ad Saxoniam Electorem propriâ pag. 550.

manu scribente, se paratum esse ad subscribendam & 551.

denuò Confessionem Augustanam, sed sub hac ex-

ceptione, si hæc priori isti per omnia sit con-

C 3 formis,